Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

rolshouianæ feminæ artritide laborantí ſani-
tatem, & naufragis in Rheno vitam tulêre. *Suri-
us in vita eius.*

XXII.

ESSENDIÆ S. LVTRIDIS *Virginis*, B. PV-
SINNÆ *Sororis* genuinæ ſanè illi, & moribus
& ſanctitate ita Germanæ, ut qui alteram, u-
tramque nôrit. Corpus eius olim omnibus vene-
rationi fuit, quod non ignorarent maiores no-
ſtri ſe beneficentia illius pluviam è Cælo in ſi-
tientes agros elicere. *Ex tab. Patriæ.*

XXIII.

RESSA CLIVIÆ *Vrbs* ad Patrum uſque
memoriam in ſuburbano ſuo campo ce-
lebre olim *egit Feſtum S. Georgij*; quem memo-
rant horridum & immanem Draconem ſigno
Crucis precibúſque extinxiſſe. Sacellum ele-
gans (reliquijs translatis) nomini eius dicatum,
bellorum cælîque iniurijs exciſum penitùs iacet.
Ex Ann. pat.

XXX.

S. HILDEGARDIS B. RICHEZÆ *Palatinæ con-
ſanguinea*, *Filia* erat GEROLDI *Comitis* &